



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliæ Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr.
Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ
Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF.
Prædicatorum**

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.

§.12. Sarisfacit Christus amari erga Patrem ascendens in cælum, quando cum hic impellit ad ascensum, amori similiter erga homines cum illis remanens in SS. Sacramento, quod instituit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53084)

eius quod potest veres amor, qualem in Deo erga homines agnoscimus: cuius motus naturalis vtpote velocior, vehementior & efficacior in fine quam in principio, opus efficit amoris eminentissimum, quale est dare se totum & singulis hominibus in SS. Sacramento.

§. 12. Satisfacit Christus amori erga Patrem ascendens in calum, quando eum hic impellit ad ascensum: amori similiter erga homines eum illis remanens in SS. Sacramento, quod instituit.

Dvo voluit Christus hominum cordibus ut vera confirmaret: Primum, amor est infinitus ardens semper in corde suo erga Patrem suum æternum, & cum ille fuerit qui semper illum eum Patre detinuit, antequam venisset in mundum, hic idem eum detinebat ne ab eius discederet locetate, quia semper illum erat naturaliter amaturus: *Maneo in eius dilectione.*

Ioa. 15.

I.
In quo consistat amor Dei erga nos,

Secundum, amor immensus erga homines quo motus de celo in terram descendit: *Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de calis: etenim ut probat D. Thom. non consistit amor Dei erga nos in eo quod motus aliqua nostra bonitate suam erga nos inclinet voluntatem, sed quod suam inclinans ex propria benignitate, producat in nobis bonū illud quod nos potest reddere bonos: ita ut in tantum nos diligit Deus in quantum nobis confert bonum.*

Summum omnium bonum quod poteramus ut nostrum possidere, erat filius Dei: unde ex amore suo, qui cum sit eiusdem voluntatis cum Patre suo æterno, in confirmationem eius qua nobis afficitur hominibus, sicut illa qua nobis Pater illius æternus afficitur, se ipsum nobis tradidit: *Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret.* Semper illam inclinavit ut nobis hoc bonum conferret, amor erga homines, se vero communicare nobis ut nostrum, omnes eius fuere delicia: *Delicia mea esse cum filijs hominum.* Hoc semper eius rapuit voluntatem, & cum affectus amoris erga Patrem, traheret ad illum, hoc modo faciendum illi erat ut illi satisfaceret quamvis eligeret communicare & dare se hominibus descendens de celo & cum eis moraturus. Et quantumcumque amor Patris illum obstringeret, ut semper cum illo maneret, satisfacere tamen debebat amoris affectui quo afferebatur hominibus, quod futurum erat si veniret cum illis mansurus.

Pro. 8. 31.

Operosum videtur duobus his satisfacere posse affectibus. Ut autem ambobus pateret potentia qua quisque sibi attrahit, quantum potest, non tamen alterius impediendo complementum: Divina sapientia modum statuit in illis desideria & delicia frueretur: gaudijs ex eo quod inter homines homo versaretur, non tamen amoris gaudij privaretur, quo semper gaudius est requiescens in sinu æterni Patris sui. Delicia quibus frueretur factus homo, hæc erat ut illis beneficeret, & hoc faceret veniens in mundum: si namque non veniret, desiderium non poterat sine gaudio, nempe ea hominibus conferre beneficia quibus indigebant ut vitam quam perdidissent recuperarent. Voluptas etiam fruebatur ex amore Patris non patiebatur ab illo discessum, quandoquidem amoris gaudium in eo consistat ut ille qui amat semper sit cum illo qui illum deumcit, emulgetur caritatis, potissimum cum Verbum Dei terminus sit intellectus Patris, ut Theologie loquuntur, & existens Dei intellectus, sine illo esse non poterat: quia cum semper seipsum intelligat in se secundo, non potest illi deficere conceptus, quem Divina eius format intellectu.

Huius remedium fuit ambobus satisfacere descendendo in mundum. *Exiit a Patre, & venit in mundum, & manendo apud Patrem in Verbum supernum prædixit, ut Patris iussu dextera ad opus suum exiit: venit ad vitam in peccatam. Vno modo venit, & altero mansit.* Venit secundum humanitatem se ipsum figura quadam peregrina & aliena à propria Divinitate cooperiens, mansitque in celo secundum esse spirituale & Divinum quod habebat ut proprium. Pater æternus figuram produxit sui ipsius penicillo Divini sui intellectus, coram se spectans velut prototypum Divinitatem suam effectivam. Hæc figura est Verbum æternum ut describit illud D. Paulus: *Qui cum sit figura substantie eius.* Apud nos figura quam cum pictor effugit, non est tunc substantia, sed tantum accidentium magnitudinis, pulchritudinis & coloris sed esse non potest tunc substantia: hæc etenim depingi non potest nisi per aliquam accidentiam. Porro hæc figura, quam eduxit Pater celestis est lux substantia: quia in ipsa suam sibi representat Divinitatem (quod alias explicavimus) verumtamen hæc figura erat inuisibilis: *Qui est imago Dei inuisibilis.* Atque in ipsa semper poteramus nos homines: cum illo cooperens, ut

proinde

proinde sicut secundum illam non poterat in illis operatum suum consequi intentum, idcirco remanet secundum illam cum æterno suo Patre, vnicuique verbo remanet cum illo secundum Diuinitatem suam essentiam. Cum autem forma in qua opus suum erat perfecturus, esse debebat secundum quam nos homines, illum poteramus cognoscere, videre, & contredare: atque hoc esse non poterat nisi se ostenderet velut vanum de nobis: ad huius executionem figuram nostræ carnis assumpsit factus homo, quæ fuit illa quam assumpsit in vtero virginali Maris suæ purissimæ: *In ventre Maris mea figuratus sum caro.*

In hac venit figura quasi mutuo accepta & à propria prioris aliena: quod D. Ioan. declarat dicendo quod ut veniret nobiscum habitaturus Dei filius carnem assumpsit. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Secundum hanc figuram ad nostram salutem descendit, & amoris satisfacit affectum quo nobis afficitur nobis se communicando: & secundum illam propriam manet cum Patre suo & amoris Patris complet affectum. Itaque ille idem qui mansit in cælis ipse est qui descendit habitaturus nobiscum. Exponit hoc admirabiliter D. August. similitudinis verbi & conceptus nostri intellectus. Hic idem conceptus quem vobis nunc enuntio, mecum manet, secundum esse spirituale seu intellectualem quod in se habet, & eundem illum ad vos mitto aere corporeo vestitum qui est velut vestis superaddita & aliena ab eius natura intellectuali, qua velut verbum sensibile illum emitto ut ad aures vestras perueniat, & ita missus realiter & vere mecum manet in propria natura sua intellectuali, hoc idem igitur (inquit D. Aug.) considerandum tibi est in aduentu Verbi Dei: mansit etenim in intellectu Patris secundum esse suum Diuinum & spirituale: arcamen secundum esse corporale & carne vestitum sensibili atque in figura aliena ac mutata descendit in mundum: atque per hoc duobus tunc satisfecit amoris affectibus quibus inardebat.

Hic motus in mundum veniens diuinam hanc inuenit praxim, suntque illi ipsi qui ad egressum ex hoc mundo in eius corde operantur eumque impellunt, ut alium quærat modum non minus admirabilem. Idecirco Euangelista meminit illius ingressus in hunc mundum, quando eius egressum describit: *Sciens quia à Deo exiit:* quatenus sciamus illum non minus inflammatum amore, quando egreditur, quam dum ingreditur: imo potius iuxta paulo ante dicta, in fine monstrare

voluit insigniores amoris inuentiones ex eo quod in illo notamus motus naturalis, non minus potentis dum moritur quam dum nascitur: ut enim Deus est, nunquam illi potest deficere potentia: sicut in nobis accedente hora mortis, summa debilitas, summa debilitas, clariora totalis naturalis virtutis iactura, sensuum obstupescitio, omnium denique miserima paupertas. Christus autem ad vitæ finem properans atque de vltima sua tractans hora: *Sciens quia veni hora eius,* tunc vel maxime potentiam suam demonstrat, cum opera faciat summæ potestatis argumenta, qualia sunt institutio SS. Sacramenti, in qua amoris sui complet affectum, maiori multo potentia quam veniens in mundum: licet etenim tunc amor hominum illum attraxerit in mundum, non tamē se omnibus tradidit eo modo ut singuli esse eius Diuinum communicaret, sed tantum nature illi humanæ singulari cui esse tribuit Diuinum: & quamuis omnes participes facti fuerint sermonum eius, doctrinæ, miraculorum, & conuersationis, non tamen se singulis vniuit nisi tantum illi humanitati quam sibi personaliter copulauit: modo vero egressurus ex hoc mundo: *Et ad Deum vadit,* clariora ingenij sui ostendit indicia, plenius satisfacit amoris suo, instituens SS. Sacramentum, in quo singulis hominibus suam communicat Diuinitatem, corpus, sanguinem, & singuli eorum illi remanent vnitati: *In me manet & ego in illo.*

Expedit ut ascendat ad Patrem ut patentes ostendat affectum ad nostram salutem: *Si enim Ioan. 16. non abiero Paraclitus non veniet ad vos.*

Mittete non poterat illis gratiam Spiritus S. hæc enim est quæ nos attollit ad Regni illius gloriosi possessionem, cuius portas nobis aperuit pretio sanguinis sui & vitæ clauis SS. Crucis in qua expirauit: *Si non abiero mittam eum ad vos.* Porro per ascensum ad Patrem hoc bonum nobis erat tribuendum quod ipse nobis erat missurus: quo satisfacere saragit affectui amoris erga Patrem, ascendens ut cum illo esset: *Ad Deum vadit:* & similiter amoris erga homines, quandoquidem ascendat tanto nos bono cumulaturus. Porro cū ascensus eius esse non possit nisi nos derelinquendo, meo iudicio non omnino satisfacit affectui huius amoris, quo obstringitur ut nobiscum maneat. Mittete Spiritum S. ipsumque manere cum

Patre ut ab hominibus decedat, arduum valde Et etiam est hæc duo coniungere: quinimo in corde Christi non leuiore excitarent angustias quam sentit olim Rebecca quando ex duobus geminis neceat. *grauida,*

VII. Christus in fine ex motu naturali clariora amoris profert argumenta.

VIII. Christus in morte inquit, neque inferior, neque res.

IX. Expedit ut ascendat ad Patrem ut patentes ostendat affectum ad nostram salutem: *Si enim Ioan. 16. non abiero Paraclitus non veniet ad vos.*

X. Mittete non poterat illis gratiam Spiritus S. hæc enim est quæ nos attollit ad Regni illius gloriosi possessionem, cuius portas nobis aperuit pretio sanguinis sui & vitæ clauis SS. Crucis in qua expirauit: *Si non abiero mittam eum ad vos.* Porro per ascensum ad Patrem hoc bonum nobis erat tribuendum quod ipse nobis erat missurus: quo satisfacere saragit affectui amoris erga Patrem, ascendens ut cum illo esset: *Ad Deum vadit:* & similiter amoris erga homines, quandoquidem ascendat tanto nos bono cumulaturus. Porro cū ascensus eius esse non possit nisi nos derelinquendo, meo iudicio non omnino satisfacit affectui huius amoris, quo obstringitur ut nobiscum maneat. Mittete Spiritum S. ipsumque manere cum

Patre ut ab hominibus decedat, arduum valde Et etiam est hæc duo coniungere: quinimo in corde Christi non leuiore excitarent angustias quam sentit olim Rebecca quando ex duobus geminis neceat. *grauida,*

gratida, colluctantes illos in vtero sensit, vter prior in lucem prodiret.

Vt enim affectus erant amoris infiniti, verissime causare debebant in Christi pectore sollicitudinem multo grauiorem, vbi vnus alteri sese fortissime opponit, vtri ipse cederet: vt in calum ascenderet, summe trahebat eum reditus ad dextram Patris vnde exierat: semper etenim vehementer ad se trahit redemptio serum ad suum principium vnde egressa sunt: imo amplius dū in hoc ascensu tanta hominibus futura prouideret beneficia: Manete autem cum hominibus non minorem illi vim inferebat: cum feruentissimus amor illi vim inferret, vt ab amato non discederet: cum autem amor Christi erga hominem summus fuerit, quia sicut illum Pater diligebat, ita ipse nos: sic enim testatur: *Sicut dilexit me Pater & ego dilexi vos*: certissime amor hic eum quam maxime impellebat vt nobiscū maneret, sed nec momento nos desereret. Cum igitur amoris industria vehementior sit in decellu quam illa est quam ostendit veniens in mundū, indubie nulla ei praxis deficeret, vt sicut tunc ad remedium recurrit sic illi nunc ad hoc non deficiat, & omnibus sit satisfactum eius affectibus: nunc amplius quam tunc: quod si modo se declarat non minus, quam tunc, potentem in o vero quantum intelligo, in morte sua se ostendit potentiorē: cum omnes creature eius senserint potentiam: mihi persuadeo quod nunc minora non possit quam tunc, in o multo maiora, quandoquidem signis evidentioribus nunc quam tunc maneat cum hominibus magisque intime se singulis eorum vnat.

XI. Qualiter vtrique satis fecerit.

Praxis autem Diuinae sapientiae al huius finis consecutionem, prima admodum fuit conformis: quia sicut olim cum Patre suo mansit in propria figura & Diuinitate, descendit autem ad nos in figura aliena mutoque accepta secundum humanitatem, qua illam velut superadita veste comexit: ita nunc ascendit in propria sua natura corporali ad Patrem: quandoquidem secundum illam iam a mortuis rediit in calum ascenderit, vbi in corpore & anima sedet gloriosus ad dextram Patris: quo amoris suo plenissime satisfacit: *Vado ad eū qui misit me* & manet nobiscū in figura aliena humanitatis & veste mutata, nimirum sub velo accidentium panis & vini, sub quorum speciebus remanet in SS. Sacramento, discedit in propria specie & remanet in aliena tegumenti illius quo suam abscondit humanitatem: itaque Diuinitatem suam

XII. Per mysterium SS. Sacramenti.

11oa 17.33

humanitatis habitu contexit: Et habitu ianentis Philippi vt homo ita D. Paulus. Hoc modo perfectus satisfaci quam in principio affectui amoris erga homines, idque tam excellenter, vt non tantum inter illos, sicut tunc, remaneat, sed singula vnus: quandoquidem se prorsus sub specie cibi sese recipienti cullibet vnit: *In me manet & est in illo*. Ita declarat hoc D. Aug. *Nec Deum, cum inde exiret, nec nos deserens, cum rediret*. Nec quando egressus est venturus in mundum, Patrem deseruit summe: quandoquidem per amorem & affectum in illo manserit: nec quando de mundo regressus est ad illū, nos sua destruit societate: imo potius nobiscum remansit clariora demonstrans indicia quibus amoris affectum erga nos explet.

§. 13. Remanet nobiscum Christus in SS. Sacramento ne diabolus in nos aliquid attentet, videns illum ad Patrem ascendere nos deserentem.

Diuinis plane similitudinibus describit nobis Spiritus S. diabolum quomodo eius exponit conditiones. Apud Iob dicitur propositum in forma ceti: *Qui parauit sustinere Leuiticum*, partes eius nobis exponit, vt in singulis potentes inclinationem eius in nostram perniciem: atque prorsus eum cor eius sic delinet: *Cor eius in dardanis*, talis cor eius est conditionis vt semper motus ac magis indurecat, & lapide fiat contritum: *Et constringitur quasi malleo*, in quo: quanto namque ita frequentiori malleator incidens percutit, tanto videtur fortius obdurescere. In animalibus (scilicet Aristotele) statuit Deus cor carneum, sed nervosum, quia virtus in illo vniuersa naturae sortitio sensitiua animalis vehementiori multo vigore. Porro balena particula vitæ (vt Plinio credimus) cor habet supra modum durum, constrictum & nodosum vt ferreum videatur vel lapis durissimus, vel inendis duritiam imitari: quo namque frequentius illud percutit eo fortius obdurescit. D. Thom. creditur hoc dici de corde ceti, quia talem illi naturam proprietatem indidit quæ fortius resistit cæteris piscibus, pelagi tempestatibus, vnde dicitur de cummanti: quanto namque reliqui pisces illis magis trahuntur fugiuntque in abyssos, tanto velocius & vehementior cetus allurgit illis se oppositurus: de quo quod sequitur intelligitur: *Quis si piscis fuerit, timebit*

III. Vide notio in d. 11. Quia ex d. 11. si fructus. Apr. 11. C. 11. C. 11. C. 11.